Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolvtiones Lectissimorvm Casvvm

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Irregularitas ex defectu natalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Visual Library

Ex defectu natalium.

25 INfantes expoſiti non ſunt irregulares. Suarez & alij 16. Imò etiam cùm dubitatur, an quis ſit legitimus. (Conin. & alij 2.) quilibet enim præſumitur legitimus, donec contrarium probetur. Nec tenetur filius hac in re credere matri id aſſerenti, etiam in fine vitæ etiam cum iuramento: niſi rationibus conuinceretur, vel vterque parens id aſſereret. Bonacin. & Mercer. *ibid. reſ. 58. & 59. & p. 1. tr. 15. reſ. 22.*

26 Etſi filij infidelium ſi in adultâ ætate ſint baptiſati, ſint irregulares tamquam Neophyti; non ſunt tamen ſi baptiſati ſint ab infantiâ, neque poſt decennium à baptiſmo ſuſcepto. Villalob. & alij 6. *p. 6. tr. 7. reſ. 1. & p. 4. tra. 2. reſol. 50.*

27 Illegitimus ſi ante matrimonium parentum promoueatur ad Ordines, etſi per hoc ſit ſuſpenſus, eo ipſo tamẽ quo illi matrimonio iunguntur, poteſt & Ordinem illum exercere, & ad alios promoueri; quia ſicut eo ipſo fit legitimus; ita & ceſſat irregularitas, & per conſequens ſuſpenſio. Reginald. *part. 4. tract. 2. reſ. 59.*